

# N IN CHRISTI NOMINE AMEN.

Nos Iacobus Stetlin, Medicinæ Doctor, eiusdemq; in Alma, Electorali et Catholica  
Vniuersitate Ingolstadtiana Professor Ordinarius, ac pro tempore Rector: nec non totus Senatus Academicus in eadem Vniuersitate, omni-  
bus presentes Literas inspecturis, Salutem precamur & pacem in Domino. Rectè suadente ratione Officis nostro quammaximè conuenire arbi-  
tramur, ut optimarum Scientiarum Alumnos, virtutumq; Sectatores non modò hæc presentes fauore nostro protequamur, verùm etiam dis-  
cedentes hinc alij, quibus forsan ignoti sunt, pro rei veritate commendemus. Quare cum Nobilis et Doctissimus Dominus, Valerianus  
Serpontus, Mediolanensis, Italus, S. P. Studiorum, vite apud nos actæ, publicum à nobis petierit testimonium, honestissime petitioni eius meo-  
rissimè annuimus. Notum proinde, testatumq; vigore presentium omnibus facimus, modò dictum Comitem Valerianum Serpontum, in hac  
Vniuersitate nostra non solum ad Studia Iuridica (iuncto speciale Testimonium Inlyta Facultatis Iuridicæ) per triennium diligentissi-  
mè incubasse, verùm etiam in moribus egregij Studiij Officium laudabilissimè semper impleuisse, nichilq; quoddam mores quoula ad nos unquam  
delatum fuisse, ita quidem, ut non dubitemus, ipsum Republicæ Christiane adhæsurui, sibi vero, totiq; Familie suæ Ornamento ac emblo-  
mento singulari futurum. Quis etiam nomine nos eundem Dominum Valerianum Serpontum omnibus, ad quoscunq; Literas hæc nostras  
peruenire contigerit, optimis titulis commendatum cupimus, ijs, quibus nos deest verba rogantes, ut eum spe miltorum intuitu, beneuol-  
entia & gratia sua complecti, eiusq; honesta desideria, modis omnibus promouere & adiuuare dignentur. Inctari in eorum nobis gratissimam  
officiorumq; vicissitudine quauis oblata occasione componendam. In fidem Literas hæc Facultatis nostre Sigillis, Notarij, Re-  
sary, & Vniuersitatis huius Juratj manu subscriptione communiti iussimus. Ingolstadtj die Secunda Mensis Augustj, Anno Domini  
Millemo, Sexcentesimo, Sexagesimo Secundo.



Cast. A. 1.

N<sup>o</sup> 9

Cast. B.



